


61, 47





*h.61,47.*

*Kat. 1.781*

PACATAM  
TESCHENAE PATRIAM  
III. ID. MAI. 1510 ecLXXIX.  
SUMME REVERENDO  
E P H O R O  
AMPLISSIMO  
S E N A T U I  
CIVIBUSQUE  
DIGNITATE, DOCTRINA ET MERITIS  
FLORENTIBUS  
PIE DECENTERQUE  
GRATULATUR  
CAROLUS GOTTLLOB FRANCKIUS,  
Scholae Pirnensis Rector.




---

PIRNAE, TYPIS SCHUFFENHAUERIANIS.

MATCAT  
THERSCHINIANA PATRIMONIA  
LIBRARIA  
E P H O R O  
I U

HaVt saeVo feLIX serVI ConCorDIA  
MartI.





— — — Pax missa per orbem  
Ferrea belligeri compescit limina Iani.

*Lucanus.*

  
*M*artis tumultus Saxonibus graves  
Bojosque fractos funere Principis  
Nunc mitte : Pacem dic in almae,  
Musa, domos patriae reductam !

**P**acem celebrant limina Principum :

Laeti triumphant militiae greges :

Pacem per urbes perque vicos

Cum senibus recolunt nepotes.

**E**heu ! Cruoris pro patria satis

Iam fusus : armis brachia ferreis

Lassata deposunt relictos

Vomeris asidui labores !

**V**t nube pulsa gravior it dies :

Sic pax serenat turbida pectora,

Nec pressa luget fortioris

Sub pedibus pietas fidesque.

**N**unc tutus agros findere sarculo

Certat colonus, nec dubius manet

Messis futurae, nec iuvencis

Conqueritur mala dura raptis.

*M*istus tubarum cum lituis sonus  
Non pulsat auras: tibia Tityri  
Pendentis in clivo virenti  
Mulcer oves in utraque ripa.

*H*ic plana tondet pascua compiti:  
Hic sylva praebet mollia frigora  
Fessis corusco sole membris  
Ad salientis aquae susurros.

*N*unc et gravatam navita mercibus  
Electit carinam littus ad ultimum:  
Nec deserit prudens adultis  
Cum famulis opifex labores.

*P*riscum Minervae pax statuit decus  
Gaudetque, molles iungere amabili  
Artes catena: pax quietis  
Otia reddit amica Musis.

*V*os, o nepotes, vos segetis manet  
Matura messis: plaudite, plaudite!  
*Quid non sub AUGUSTO bonorum*  
*Saxoniam cumulat beatam?*

*T*e, Pirna, texit eeu clypeo Deus:  
Nil Te duelli perculit horridi:  
Stant templa, muri, stant penates  
*In medio validi periclo!*

*C*astris ad urbem ter positis, Tuæ  
Num civitati quid deerat boni?  
*Quot plastra, quot vexere naves*  
*Contiguis alimenta turmis?*

*V*ictis quid hostis, rupibus arduis  
A Te retortus, cibibus imperet,  
Vicina gens narrabit olim  
Postgenitis leviora passis.

**N**on sic paventes forte per aethera  
Terret columbas accipiter ferox :  
Seu sentiant vngues aduncos,  
Seu celeres fugiant rapinam :

**V**ultus trementes militis accolas  
Ut imminentis : seu pedes irruat,  
Seu fulgidum in campo patenti  
Vectus equo minitetur ensim.

**D**UUMVIRORUM consilia et PATRUM  
Curam fidem discite, posteri !  
Ut auspices urbis salutem  
Nocte dieque animo voluntat.

**S**olantur arcti militis hospitem :  
Metum futuri cordibus eximunt :  
Nunc consulunt, parta ut quiete  
Subsidio veniant jacenti.

*P*ax sancta templi personat atria,  
Iucunda summo victima Numini :  
*Quid impedit, quin noster addat*  
*Laetitiae bona verba Ludus ?*

*P*acem coronent iustitia et fides :  
Sis, Pirna, felix, dum Albis amat Tuas  
Ripas : iaces dum aprica Baccho  
Dumque Ceres Tua visit arva !



Kd. 3883 GK

K. G.





**ULB Halle**  
006 761 81X


3



V D 28



B.I.G.



PACATAM  
TESCHENAE PATRIAM  
III. ID. MAI. 1500ccLXXIX.  
SUMME REVERENDO  
E P H O R O  
AMPLISSIMO  
S E N A T U I  
CIVIBUSQUE  
DIGNITATE, DOCTRINA ET MERITIS  
FLORENTIBUS  
PIE DECENTERQUE  
GRATULATUR  
CAROLUS GOTTLÖB FRANCIUS,  
Scholae Pirnenis Rector.



PIRNAE, TYPIS SCHUFFENHAUERIANIS.

